

Tracta. II. prime partis

Tractatus secundus prime partis de baptismo. Et habet octo capitula

Nunc dicendum est de sacramentis in speciali. Et primo de baptismo. Circa quod consideranda sunt octo. Primum quod est baptismus. Secundo de materia eiusdem. Tertio de forma. Quarto de ministro baptismi. Quinto de suscipiētib; baptismum. Sexto de ritu baptismi. Septimo de effectu baptismi. Octavo de annexis baptismi.

Quid est baptismus? et vñ dicat. **Cap. I.**

Baptismus est ablutio corporis exterioris cum prescripta. i. tertia forma verborum facta. ita tñ q̄ illa ablutio materialis q̄ fit exteriori in corpore est signum ablutiois spiritualis quam deus facit interiori in mente. Et dicitur baptismus a baptizo as. quod idem est quod abluo. Un̄ baptismus grece idem est quod ablutio latine.

De materia baptismi. Capitulum II.

Materia baptismi est aqua simplex elemental̄is. Quod autem ista aqua sit propria materia baptismi tota ratio est ex institutione christi qui instituit baptismum fieri in aqua elemental̄i. Si enim instituisset baptismum fieri in vino vel in alio liquore. vinum vel ille alius liquor esset propria materia baptismi. Alii tñ congruētie assignant a doctoribus que christus instituit baptismum magis fieri in aqua quam in alio liquore. Quare una est que sacrum maxime necessitatis dicitur habere materiam materiam coeque ne propter defectum materie aliquid impediret a susceptione baptismi; baptismus est sacrum materiam necessitatis; que sine baptismi nullus potest saluari; ne vllus posset se excusare a susceptione baptismi propter defectum materie vel caritatem eius; baptismus dicitur habere materiam materiam coeque talis autem materia est aqua que iuenit in quilibet terra et de facili potest haberi. Possit se aliquid excusare si materia baptismi esset vinum vel oleum vel lac: vel alio liquore preciosiore que non iueniret in omni terra; nec possit ita quilibet de facili habere. Alia congruētia siue ratio que aqua est propria materia baptismi assignat a doctoribus talis. que proprie aqua maxime est conueniens baptismi. Est enim aqua mundificatiua